

DE CHELIDONIA ROTUNDIFOLIA.

CAPUT VI.

CHELIDONIA rotundifolia maior: huius radix fibrosa est, quibus aliquot oblongi testiculi adhaerent: folijs est subrotundis, crassis, laevis, ad foliorum Asari magnitudinem accendentibus, sed non nihil quandoq; sinuatis, pediculis semipalmatis donatis & humi procumbentibus: caulinco palmo minore, flos insidet, calice triphylo membranoso sustentatus, qui pallide luteus, magnus, vulgari quadruplo maior, qui ex quinq; vel sex folijs, quorum singuli ad medium fissi sunt, componitur & ad eius umbilicum stamina plura rufescientia, conspicuntur: capitulum cum semine non vidimus. Monspessuli locis humidis prouenit.

DE MALVA.

CAPUT VII.

I. **M**ALVA folio fucus: huius folia sunt nigricantia, alpera & crassa, quorum prima modo in tres, modo quinque lacinias inaequales diuiduntur: quædam in lacinias quinque profunde secta, sine ordine sinuata, & per marginem crenata sunt, quorum laciniae aliquæ palmates existunt, & pediculis longissimis & pilosis donantur. Scapus sive caulem simplicem, aliquot cubitorum habet: flores & semina non vidimus, quia ante tempus, Argentinæ in horto Friderici Meyeri, ante annos vinti legimus.

II. **M**ALVA folio vario: radice est alba fibrosa, caule rotundo, cubitali, in plures ramos brachiatu, quem folia cingunt pallide virentia, inferne candidantia, crassiuscula & non nihil lanuginosa, sed figuræ, in eodem ramulo, diversæ, quoru quædam Bryoniae forma, quædam acuminata, duabus aliis donata, quædam subrotunda, vngue minora, omnia tamen in ambitu serrata: flores quinquefolij purpurascentes, staminibus in umbilico pallidis, pedicellis oblongis insident: semen in capitulis foliaceis semicirculare succedit. *Argentinæ D. Saltzmannus misit.*

III. **M**ALVA Americana: radicem habet oblongam, albam, fibrosam, caulem angulosum, striatum, lanagine leui obsitum: folia viridia, tenuia, plera-

Malua folio vario.



que semicircularia, vncias duas longa, tres lata, superne angulosa seu sinuata, per ambitum leuiter crenata, pediculis palmaribus, hirsutis donata, flores albidi una cum semine, Maluæ syl. puimiles sunt. Hanc ante annos octodccim in horto D. Saltzmanni, Argentinæ colligimus.

S(.)5
X

THEATRI BOTANICI

DE ALTHÆA.

CAPUT VIII.

ALTHÆA Bryoniæ folio: caule est cubite altiore, rotundo, lanuginoso, albo; foliis Bryoniæ similibus, in quinas lacinias ut plurimum diuisis, palmaribus & alijs multo minoribus, crassis, nervosis, lanagine nonnihil asperis, parte inferna canescensibus & longis pediculis insidentibus: flores habet purpuro-cæruleos, quinquefolios, superne semilunatos, staminibus rufescentibus donatis, quibus singulis capitulum foliaceum, planum, semen Altheæ simile continens, succedit. Hac in horto aliumus, quam tamen prius Altheæ arborescentis sempervirentis nomine, D. Doldius: dein Altheæ Americanæ, D. Sprengerus, Heidelberga, misit.

DE GERANIO.

CAPUT IX.

GERANIUM malacoides minus: p'antula est duarum vnciarum, in terram reclinata, radicula longiuscula, exigua, foliolis malacoidi maiori similibus, sed minimis, eleganter incisis & longis pedicellis insidentibus: flosculos paruos cæruleos habet, quibus capitulum rostro tenuissimo longiusculo donatum, succedit. In agris circa Rothomagum reperitur.

II. **G**ERANIUM columbinum tenuius laciniatum: radicem habet oblongam, tenuem, fibrosam, rufescentem, ex qua caulinis plures, palmates, rotundi, hirsutie nonnihil asperi & reclinati prodeunt: folia, quæ vnguem vix iuperant, totunda sunt, in lacinias quatuor primum, & haec in alias, diuisa, & longis pediculis hirsutis praedita: ad caulinorum latera, flosculi communiter bini, singulis singulis pedicellis insident; parui, cærulei, quibus capitula parua rostrata, siue vtriculi tumentes rostrati succidunt, & ubi semen maturuit, vtrinque cum vtriculorum mucronibus, quasi capreolo insidens, modo geminum, modo ternum, ad rostrum apicem, quod adhuc supereminet, reficitur, quod in alijs quibusdam Geranijs etiam obseruauimus: Hoc Monspestuli in sylvestribus reperitur.

III. **G**ERANIUM cicutæ folio acu longissima:

caulibus est bicubitalibus, hirsutis, asperis, angulosis, in varios ramos brachiatis: folijs Geranij moschatis siue Cicutæ modo diuisis: floribus subpurpureis, vel violaceis, quinquefolijs, cuilibet acus, vncias quinq, longa, hirsuta succedit, quæ ex vtriculo hirsuto quinquefolio, apicibus donato, semé continente, prodit, quod per maturitatem exilit, & cum vtriculorum mucronibus sursum primum, dein deorsum, aliq; modo circumvoluitur. Hoc Monspestuli legimus: in Valesia etiam reperitur.

DE ALCHIMILLA.

CAPUT X.

ALCHEMILLA alpina quinquefolia: radicem habet oblongam, nigrantem, fibras plures de se mittentem, ex qua folia aliquot patua, longis pediculis donata & glabra prodeunt, quæ in quinq; lacinias ad pediculum, haec in profundas crenas diuiduntur, inter quæ pediculi bini, ternive, tenues, glabri, trium, quatuorve vnciarum longi, reclinati: quorum summitatibus flosculi vulgari Alchimille forma & colore similes, trifolij pallidae herbae, singuli singulis minimis pedicellis donati: quasi vmbellæ insident. In monte S. Bernhardi maioris & Gotthardo locis humidioribus, Augusto florens, reperitur.

DE CANNABINA.

CAPUT XI.

CANNABINÆ aquaticaæ similis capitulis nutantibus: radicibus est fibrosis, Ellebori similibus, caulis pluribus, cubitalibus, hirsutis in varios ramos scissis: ad singulos ramos folium unum longum, latum, quandoque serratum, pilosum: ramuli iuxta florem pulchre contorti continentur, folia plura habent satis longa, stellæ instar disposita, in quorum medio flòs deorsum nutans, ex multis velutinis squamis compitus, in ciuitate medio multo apices lutei: semen in Cannabina aquatica.

Hanc in humidis Michelfeldensis.

Cannabis inuenimus.

DE CARYOPHYLLATA.

CAPUT XII.

CARYOPHYLLATA alpina minor: radicem habet crassam, oblongam, repente, fibris donata & cortice purpurascente tectam: folia crassa, hispida in lacinias diuisa, in ambitu serrata: inter quæ caulis vñus vel alter, rotundus, hispidus, paucis folijs vestitus, palmo minor: cuius summitatis flos vnicus satis magnus, aureus, cum exiccatur rufescens, quinquefolius, multis staminibus donatus: cui villoso congeries cum semine succedit. Hęc in summitatibus Baldi collecta.

DE PÆONIA.

CAPUT XIII.

PÆONIA flore pallido folio hirsuto: huic ex radice aliarum simili, caules angulosi, laeves, exurgunt: folia, quorum pediculi non nihil pilosi sunt, in ternas lacinias, & harum vna rarius in binas diuisa, mucronata, inferne breui lanugine pubescentia & candicantia, superne virentia quidem, sed non splendentia, multis venis à medio nero in latera excurrentibus: caules singuli florem unicum, reliquis minorem pallescentem, ochrive colore, simplici octo foliorū serie constantem, multis staminulis albis præditum, sustinent. In quibusdam hortis obseruauimus.

DE QVINQUEFOLIO.

CAPUT XIV.

QVINQUEFOLIVM album maius: radice est crassissima, rufa, folijs in quinque lacinias subrotundas usque ad pediculum diuisis, in ambitu ferratis, paucissimis & breuissimis pilis asperitis, longissimis & hirsutis pediculis insidentibus, inter quæ paucis pediculis, angulosus, paucis pilis donatus, folijs vestitus, exurgit, & in ramulos binos, & hiis summo in plures alios diuiduntur: quorum singulis flos albus, satis magnus insidet, qui ex folijs quinq; in summo diuisis, compositus est: in cuius medio, veluti parvus pappus, unde plura sta-

minula rufescens efferuntur. Hoc in mœnijs viribus Wallstatt Heluetiorum, collectum.

II. **Q**VINQUEFOLIVM album minus: radice est nigricante parua, caulinis pilosis, erectis, palmo minoribus, in summo diuisis: folijs vnguei lati, in quinque lacinias, extremis oris serratas, diuisis, & breuibus pedicellis insidentibus: floribus est prioris Quinquefolij similibus, sed minoribus. Hoc in saxosis circa Curiam Rhætorum reperiatur.

III. **Q**VINQUEFOLIVM montanum luteum eretum hirsutum: ex radice nigricante caulinis & folia exurgunt: caulinis quidem tenuissimi & setipalmates, in summo multifidi, & molli lanagine pubescentes: folia inferiora, longissimis pediculis donata, in septem (at quæ in caule in quinq;) lacinias profundas, diuersæ longitudinis, per oras serratas, pilisque donatas, diuiduntur: quæ parte inferna, ut in vulgari, rufescunt, tantillum incana sunt, non tamen plendent: flores habet paruos, aureos, quinquefolios, multis breuibus & croceis staminulis donatos, quibus capitulum aliorum more, semen minutum continens, succedit. In montis Creutzacensis ad patibulan aseensi, prouenit.

QVINQUEFOLIO similis eneaphyllo hirsuta: radicem habet crassam, nigricantem, in longas fibras abeuntem, à qua caulinis plures, ad exortum quasi conglobati, per terram sparsi, capillacei, multifidi, tres, quatuorve vñcias longi, prodeunt: folijs est oblongis pedicellis donatis, in novem lacinias angustissimas, per marginem incisas & hirsutie villoas, diuisis: flosculi parui, aurei, & capitula parua quinquefoliorum modo à pedicellis sustinentur. Ex Heluetiorum alpibus.

DE FRAGARIA.

CAPUT XV.

FRAGARIA affinis sericea incana: radice est lignosa, nigricante, ad quam folia plura, Fragaria syl. similia sed longe minora, vnguem non æquantia, crassa, utrinque incana, molli & sericea lanagine tecta, in tres lacinias ad pediculum usque diuisa & superne crenata: ramulos habet breues, reclinatos, flores paruos, luteos, stellatos sustinentes, quibus capitulum, calice, quinquefolio sustentatum, minutum semen

THEATRI BOTANICI

continens, succedit. Hanc ante annos circiter quadraginta à Ioan. Bauhino fratre p.m. nomine Leucas aduersarioꝝ: & ante quadriennium, à D. Albinio qui eam in saxosis Granadæ collegit, sine nomine accepimus..

DE TRIFOLIO.

CAPUT. XVI.

I. TRIFOLIVM montanum purpureum folio acuto crenato: caulinis est pedalibus, firmis, rectis: folijs rarioribus, ternis ab uno exortu prodeuntibus, oblongis, angustis, neruosis, acutis sursumq; spectantibus; in ambitu dentalis, aliquando profundius incisis: in caulinis summo, flores purpurei, quasi in globo conferti: quod in montosis pratis, Maio, Iunioque florens, reperitur.

II. TRIFOLIVM montanum purpurascens folio obtuso crenato: hoc caule est ramoiore, folijs oblongis, angustis, sed obtusis & superne & vtrinque crenatis, cuius ramuli, frequentioribus & angustissimis folijs, donantur: flores, quam in priore rariores & purpurascentes: in pratis montosis circa Geneuam.

III. TRIFOLIVM m̄tanum lupulinum: hoc ramis est cubitalibus, glabris: folijs ratiōribus, paruis, subrotundis, leuissime denticulatis, longissimis pediculis donatis: rami fastigio, capitulum lupuliforma, sed oblongum, ex flosculis spadiceis compositum, insidet: quod in montibus supra Ilfeldam prouenit, ubi D. Furerus collegit & transmisit.

IV. TRIFOLIVM capitulo spumoso lœui: radice est alba, oblonga, fibrosa & capillata; caulinis multis humi sparsis, tres, quatuor, rarius sex vñcias longis, foliolis paruis, ternis, oblongo petiolo hærentibus, per marginem acutiusculè crenatis: floribus paruis luteis, quibus capitula incara; veluti ex pluribus vesiculis sibi inuicem insidentibus composta, spumamq; referentia, succidunt, quibus semen patnum, rotundum & planum inclusum est. Hoc circa Néapolim Italorum, in maritis: circa Monspelium in agris & luco Gramuntio repetitur.

V. TRIFOLIVM capitulo spumoso aspero maius: radice est oblonga, fibrosa, caulinis bicubitalibus, tenuibus, flexibilibus, aviciniis fructicibus fluentatis: folijs rotundis, trifolio vulgaris similibus,

crenatis, prælongis pediculis donatis: inter quæ pediculi nudi, palmates, quandoque pedales effertuntur, qui singuli capitulum subrotundum, non nunquam paruæ auellanæ magnitudine, ex florib. aureis compositum, sustinent: hos folliculi membracei sibi inuicem incumbentes, non nihil à quibusdam filamentis exasperati, sequuntur. Hoc in Salicetis Michelfeldæ Huningam versus, ijs se fulcens, reperitur.

VI. TRIFOLIVM capitulo spumoso aspero minus: huius radix transuersim fertur & fibris capillaceis terræ infigitur: ramulis suis per terram reptit, à quibus pediculi biunciales & triunciales, nudi eriguntur, qui capitulum parum, subrotundum, ex rufescensibus floribus compositum, sustinent, quibus capitulum, quasi ex vesiculis plurib. compositum, subasperum & initio virens, minutum semen subrufum continens, succedit: folia parua sunt, rotunda & crenata: hoc apud nos ad Rheni ripam, herbido & arenoso loco, iuxta Barr & circa Monspelium, prouenit.

VII. TRIFOLIVM capitulis Thymi: radice est oblonga, alba, tenui, capillacea: caulinis semi-palmaribus, humi sparsis: foliolis ternis obtusis, vni petiolo inhærentibus, in ambitu serratis, cuius virgulis capitula rotunda, vt in Thymo, floscularum rufescientium insident, quæ per maturitatem indurantur, minutumque semen subrufum continent. Monspessulil locis siccoribus prouenit.

VIII. TRIFOLIVM capitulo oblongo aspero: & hoc radicem habet capillaceam albam, caulinos plures pedales, lœues, rotundos, & quasi articulatos, paucis folijs rotundis vestitos: ex singulis articulis flosculi plures simul iuncti, ijsque lutei, prodeunt; his succidunt capitula oblonga, pluribus quasi spinis recurvis donata & per maturitatem exasperata, quibus singulis folium tripartitum subiicitur: & huius, quemadmodum & prædictorum, semen exile est. Patauij, in edito monte prope Arqua, quod longe minus altero, quod Monspessulo, habemus, legimus.

IX. TRIFOLIVM cochleatum folio minuto oblongo fructu latiore: radice est oblonga tenui, caulinis aliquot tenuibus, rotundis, palmatibus, in terram reclinati: foliolis trifolijs, sed minimis lente minoribus, obtusis & tenuissime crenatis: floribus parnis, luteis, oblongis pedicellis insidentibus: fructu lateo, compresso, aliquot circumvolutionibus in spiras cochlear modo contorto, semen planum,

planum, recurvum & rufum, continente. Hoc æstate florens in montibus Euganeis & Monspessuli legimus.

X. TRIFOLIVM cochleatum polycarpon: hoc ramis est pedalibus, glabris & striatis: folijs trifolio vulgaris similibus, longis pediculis donatis, singulis periolis vnguem latis, tenuibus, subrotundis, minime crenatis: pediculorum extremis flosculi parui, flaui insidente, quibus succedunt fructus plures, quini, seni, quasi conglobati, sed parui; in spiras conuoluti & spinulis mollioribus donati: quod in Italia collegimus.

2. Huic simile est alterum, solum folijs à priore differens, quorum quædam subrotunda, pleraque acuta, omnia tamen per marginem incisa, vel crenata.

XI. TRIFOLIVM cochleatum echinatum minus: ex radicula prælonga capillacea, caulinis plurimes, tenues, fragiles, repandi, palmates prodeunt, foliolis trifolijs, sed paruis, iisque obtusis & crenatis, cincti: flosculis luteolis, oblongis pedicellis donatis, quos sequuntur folliculi minimi, sibi insidentes & formam coronæ regiae referentes. Monspessuli proximo (rarius pluribus) oblongo pedicello ca-

pillaceo insidente, cui folliculus cochlear modo circumvolutus, minimis spinulis exasperatus, plerumque unus, iisque parvus (rarius terni quaterni uno pedicello donati) succedit, semina parua, plana, semilunata, rufa, continens. Ex Italia habemus.


XII. TRIFOLIVM fructu duro, spinis horrido: caulem habet pedalem, recurvum, per terram sparsum, folijs rarissimis, subrotundis & superne crenatis cinctum: florem luteum, fructum Tribuli terrestris instar durum, sed rotundum & maiorem, eumque plerumque geminum, per maturitatem album, multis spinis horridum. Monspessuli legimus.

XIII. TRIFOLIVM folliculis coronæ similibus: radicula est capillari, caulinis aliquot, nonnihil hispidis, ramosis, palmo minoribus, folijs trifolijs minutis, obtusis & crenatis, cincti: flosculis luteolis, oblongis pedicellis donatis, quos sequuntur folliculi minimi, sibi insidentes & formam coronæ regiae referentes. Monspessuli prouenit.

Trifolium peltatum Creticum.



Trifolium spinosum Creticum.



XIV. TRIFOLIUM peltatum Creticum: ex radice tenui, oblonga, fibrosa, caulinis exurgunt palmo minores, pede nudi, folijs paruis, tripartito diuisis, parum crenatis, oblongis pediculis donatis, vestiti: caulinorum summis flosculi quaterni, quinque ordine succedentes, forma Ornithopodij, luteo-pallidi incident: quibus siliquæ luteæ, planæ, membranæ, quasi semicirculares, in filamentum abeuntes, semen vnum vel alterum paruum compressum continentes, succidunt: quæ dum molles sunt, dulcissimæ, esui aptæ, at ubi indurauerint amarissimæ. Hoc rusticis in Creta, ~~μαρτυρικ~~ dici, D. Honoriū Belli auctor est,

qui Trifoliū Cretici odorati nomine misit.

XV. TRIFOLIUM spinosum Creticum radicem habet oblongam, capillatam, caules plures, palmates, & sesquipalmates, versus terram reclinatos, angulosos, in frequentes ramulos brachiatos, frequentib. geniculis, ex viridi purpurascenscentibus cinctos: ramulos cingunt, vtrinque ex opposito sibi respondentia, tria folia vni petiolo inhærentia, viridia, oblonga, acuminata, in minimam spinam abeuntia: quemadmodum etiam ad singula genicula, spinae quatuor paruae, aduncæ superne binæ, totidem inferne adpositæ sunt: unde breuis pediculus exurgens, florem singularem, quinquefolium, Campanulae-

mulæ arvensis forma & colore (sive purpurocærum) similem, capitulo viridi insidentem, sustinet, in cuius medio stamna decem, apicibus luteis prædita, capitulo inter ea latente conspicuntur: quod capitulo postmodum quinque angulis dohatur, styloque prominente augetur, & per maturitatem petiolo incurvato ramis se recondit, & in singulis angulis, semen vnicum compressum, rufum, continet. Hoc primum, nomine Trifolij spinosi semperfurentis Cisti flore, Patauio à Laurentio Rosena w accepimus, postmodum apud fratrem Ioh. Bauhinium p.m. Montembelgar di colleginus, cuius semen ὄπειτο χορός nomine missum fuerat.

XVI. TRIFOLIVM stellatum: ex radice alba, tenui, oblongi scula, capillata, caulinculi prodeunt, modo partiores, bini, terni, modo plures, quinque, seni, septeni, semi palmares, palmares, rarius longiores, rotundi, lanuginosi, incani, quandoque rufescentes, inanis, rarissime in alas diuisi: folia habet parua, Trifolij modo diuisa, molia, villosa, in summo sinuata, & ad radicem oblongis pediculis donata, duabus alijs ad pediculæ nexum adnatis: cuilibet caulinculo, spica rotunda, ex florib. oblongis, rubris, rarius luteis, composita insidet: qui vbi delabi incipiunt, spica magis orbiculata redditur, quasi ex pluribus stellis simul iunctis composita foret: etenim flori cuiilibet capsula (vel vtriculus) oblonga, villosa, in quina, oblonga, acuminata foliola abiens, succedit, quæ semen vt plurimum vnicum, idque rufum & planum continet. Hoc Monspeſſuli, Maio mense collegimus: at per omnia minus, ex Hispania accepi mus.

XVII. TRIFOLIVM globoso flore, vel capitulo Lagopi rotundiore: radicem habet longam, fibrosam, capillaceam, albam: caules plures, tenues, rotundos, palmo minores, quandoque pedales, in ramulos leuiter hirtulos diuisos: quos folia parua tripartita, non nihil pilosa, per ambitum crenata cingunt, quibus iuxta pediculum communiter duo alia subjiciuntur: caulinculorum summis, flores parui, lutei insident, quibus capitulo rufescens, sphaericum, ex apicibus asperis compositum, succedit: Maio mense, Monspeſſuli circa Castelnouum copiose prouenire obser uauimus.

XVIII. TRIFOLIVM globosum repens: radice est exili, capillacea, rufescente, caulinculis aliquot per terram sparsis, trium quatuorve vnciarum, molibus, lanuginosis & rufescientibus, foliolis paucis superne sinuatis: caulinculorum summis capitulo globosum, plurimis apicibus villosum, insidet: flosculis enim rufescientibus, vtriculi, pluribus apicibus rufescientibus donati succedunt, quorum singuli semen minutum includunt. Monspeſſuli in loco Gramuntio, & iuxta castrum Episcopi, prouenit.

XIX. TRIFOLIVM saxatile hirsutissimum: radici lignosæ, transuersim repenti, rufo cortice tecta, quasi truncus ex multis plantulis simul iunctis, caule carentibus, insidet, tota planta duas tresve vncias non superante: folia habet Trifolij parua, molia, incana & velut argentea, superne crenata & pedicellis breuissimis insidentia: inter ipsa folia, capitula parua, rotunda, longi sculae pedicellis donata, in quotum medio, pilis breues, inollissimi, flauescentes, conspicuntur: nec florem nec semen vidimus, & in Heluetiorum altissimis iugis legimus.

XX. TRIFOLIVM alpinum flore magno radice dulci: radice est longa, crassa, cortice pallente tecta, medulla candida dulci, multis capillis tecta & fibris aliquot oblongis donata, ex qua caulinculi plures in terram reclinati prodeunt, quos folia trifida, oblonga, angusta, & glabra, paucis & ad tactum sensibilibus crenis, & oblongis pediculis donata: inter quæ pediculus communiter vallis (quandoque duo) laevis & nudus, trium quatuorve vnciarum, exurgit, cuius summitati flores Astragalo sive Onobrychidi forma similes, purpurecentes, magni, octo vel decem, quasi spicæ orbiculari insident: qui singuli ex calice oblongo, quinis apicibus donato prodeuentes, singulos pedicellos obtinent.

Hoc primum ex Bernatum alpibus, ante quadraginta annos habuimus: dein, in planicie Horti Dei apud Monspelientes, mense Iunio cum floribus, sed illo multo maius, legimus. Radix sapore est Glycyrrizæ; hinc forte Glycyrrhiza Astragaloïdes, vel Astragalus dulcis dici posset: ex Hispania Glycyrrizæ Hispanicæ nomine accepi mus.

THEATRI BOTANICI

XXI. TRIFOLIUM corniculatum minus pilosum: radicula est capillacea, caulinis pedalibus, tenuissimis, rufescensibus; subtilissimis pilis at perfris, folijs paruis, acutis & hirsutis, in brevi pediculo ternis, duobus alijs ad pediculi nexum adnatis, ex quorum alis, pediculi longi capillacei exurgunt, flosculum vnum, vel alterum, coloris ad crecum vergentis, sustinentes: quibus singulis, siliqua oblongæ, strictissimæ, modo vna, modo duæ, minutissimum semen continentes, succedunt. Hæc Monspessuli in syluulis, & pratis inter montem Lupi & Calcaris prouenit.

XXII. TRIFOLIUM corniculatum frutescens, tenuissimis folijs: caulinis est tenuibus, viridibus, glabris, pedalibus, in plures ramos palmo minores, brachiatis: folijs vt in priori, sed angustissimis, cinctis: caulinorum summitatibus, quemadmodum & pedicellis, ex foliorum alis, prodeuntibus, flosculi bini, terni, rarius quini in orbem dispositi, lutei coloris, insident: quos siliquæ binæ, ternæ breiores & crassiores, quam in priorc, in longum apicem desinentes, in quibus semina exigua, sequuntur. Monspelio habemus, quemadmodum etiam ex Italia: ad hoc minus est, folijs & siliquis paulo latioribus, inque breuiorem apicem desinentibus.

XXIII. TRIFOLIUM angustifolium repens, folliculis rotundis: radicem habet albam oblon-

gam, tenuem, capillaceam, à qua caulinis plutes temipalmare, rarius palmare, per terram sparsi, utrinque prodeunt: circa quos foliola oblonga tribus petiolis pediculo insidentia, quæ leuia sunt, & per marginem crenata: ex quorum alis pediculi emergunt tenues, oblongi, quibus flores parui, luteoli octo, nouem, decem & quandoque plures alternatim dispositi, affiguntur: his totidem folliculi rugosi, singuli semen vnum continentes, succedunt. Hoc Monspessuli in aruis, & ad pedem montis Lupi D. Saltzmannus legit.

XXIV. MELIOTVS Hispanica folijs maculatis: ex radice parua, ramuli palmare, aliquando pedales, tenues emergunt, quos ambiunt folia bina hinc inde, ex quorum alis petiolam prodient, tria folia sustinet, obtusa, atrouirentia, & ob venas candidas per ea discurrentes, maculata: flores parui pallidi. Hæc in montibus Castilæ frequens est, vnde D. Albinus attulit.

•S):(S•

LIBER

LIBER NON VS.

DE RUBIA ET GALLIO.

CAP V T L

I. RUBIA montana angustifolia: radicem habet rufescenrem, fibrosam, caules cubito altiores, laeves, rotundos, striatos, geniculatos: folia ad quodlibet internodium oblonga, angusta, Galij forma sena, septena, in orbem disposita, & rigidiuscula caulem ambient: ad internodia, breuissimi ramuli exurgunt, ipse vero caulis in ramulos plures brachiatur, quorum summis, flosculifrequentes, albi quadrifolij insident, quibus semina minuta rotunda, quodlibet suo pedicello donatum, succedunt. Hac apud nos in asperis collibus legimus: quam & Monspelio, sed folijs subtilioribus, brevioribus, & asperiusculis, quemadmodum quoq; ex Austria, apud quos hinc inde in petris reperitur, habemus. Hanc, Gesnerus in lib. hortorum Germaniae nomine Rubiæ Syluaticæ longioribus & angustioribus folijs, nulla descriptio addita, forte intellexit.

II. RUBIA pratensis laevis acuto folio: ex radice caulis cubitalis, laevis, quadratus, rufescens, geniculatus, cauus, & communiter unus exurgit, ex cuius nodis ramuli semipalmares prodeunt, quorum summis flosculi plures quadrifolij, pallidi (semen non conspectum) insident: folia laevia quaterna, vncialia, in acumen abeuntia, ad quemlibet nodum in orbem disposita sunt. Hac apud Valesianos in pratis ad thermas Leucenses nata, quam etiam in pratis Lipsensibus reperi, relatum fuit.

III. RUBIA quadrifolia rotunda laevis: ex radice capillacea rufescente, caulinuli tenues quadrati, geniculati, palmo altiores, quorum aliqui in ramos brachiati exurgunt: ad singula genicula folia quatuor rotunda, neruosa, tantillum aspera in orbem disponuntur: extremis caulinolorum, flosculi albidi, quadrifolij, pedicellis capillaceis insident, quibus capitulum paruum, geminum, asperiusculum, succedit. In montibus Heluetiorum, ut Gott-

hardo, & ad Eremitanos prouenit: hanc & circa Argentinam crescere dicunt.

IV. RUBIA angustifolia spicata: à radice subrufa, lignosa, & paucis fibris capillata, caulinuli ex eūt quadranguli, nodosi, palmates, ramulis ad nodos ex aduerso nascentib. prædicti, & nodos, folia plura capillacea, vt in Polygono Knaul dicto, sursum spectantia, in orbem ambiunt: caulinuli in longam tenuemque spicam, ex vtriculis paruis acuminatis compactam, abeunt: flores & semina non vidimus, Monspessuli in collibus nascitur.

V. RUBEOLA arvensis cærulea repente: radice est oblonga, tenui, capillacea, rubra, caulinulis in terram reflexis, quadratis, geniculatis, semipalmariib. rarissime pedalibus: ad quodlibet geniculum folia habet parua, subrotunda, quina, sena, in orbem disposita, asperiuscula, & in acutissimum apicem desinentia: ex geniculis hinc inde prodeunt pedicelli, quibus quina, sena & similiter folia insident: ex his quemadmodum in caulinorum summis, flores parui cærulei, vel ex cæruleo purpurascetes, quinquefolij insident; quibus semina oblonga, acuminata, sena, octena, binis tamen simul iunctis succidunt. Hac passim in agris nostris, etiam autumno florens occurrit, quam forte Rubiolæ arvensis nomine Camerarius in suo horto, nulla descriptione addita, intellexit.

VI. RUBEOLA saxatilis: plantula est tota incana, semipalmaris, caulinulo tenui, quadrato, geniculato, in vnciales ramulos brachiato: folia parua, aspera, angusta, acuminata, communiter octo, rotæ modo disposita habet: ramulorum summis flosculi plures, exigui, quadrifolij, apicib. & minimis pedicellis donati, luteoli, si recte recordor, insident. In saxosis Gallo prouinciae.

VII. RUBEOLA maritima aspera: radice est oblonga, tenui, repente & rufescente: cau-

T liculis

liculis pluribus geniculatis, biuncialibus, per terram sparsis, & capillaceis fibellis terræ affixis, foliolis pluribus, breuibus, acuminatis, virentibus, & asperis, caulinulos inordinate cingentibus: florculis minutis, pallidulis. Hæc copiose in littore maris Mediterranei, non longe Monspelio, & etiam Massiliæ occurrit.

VIII. RUBIA cynanchica saxatilis: ex radice alba, oblonga, tenui & fibrosa, caulinuli plurimi, trium, quatuorve vnciarum longi, foliolis plurimis, oblongis, angustissimis, & viridibus, vestiti, exurgunt: & inter hos pediculi bini, terni, palmares, graciles, in ramulos diuisi, & paucissimis foliolis vestiti, quibus flores, ut in Cynanchica vulgari, pallide rubescentes, singuli singulis pedicellis donati, insident. Hæc in saxosis vdis circa Valentiam Delphiniatus, à D. Bursero collecta fuit.

GALLIVM latifolium glabrum: radice est tenui, repente, geniculata: caulinuli tenuellis, quadrangularis, geniculatis, palmo minoribus: folijs è singulis internodijs quaternis, decussatis, glabris, instar plantaginis neruosis, pallide virentibus, & sesquiuuncialibus: flores habet paruos, caulinulos verticillatim coronæ modo ambientes, luteos, breuibus pediculis donatos. Hoc circa Bononiam, inter sentes, tota æstate, reperitur.

Thalictrum angustissimo folio.



DE THALICTRO.

CAPUT II.

I. THALICTRVM angustissimo folio: radice est flauescente, ex aliquot fibris, oblongis, crassiusculis, composita: caule bicubitali, laui, rotundo, profundè canaliculato, & geniculato: ex quolibet geniculo folia plura prodeunt, in plures oblongas, & plerasque angustissimas, tandem & ternas lacinias, secta: at caulis, in fastigio in ramulos diuiditur, in quibus flores plures muscosi, pallidi, ad luteum vergentes, velut in oblonga spica dispositi, quos valuulae tenues, paruae, minutissimum femen continent, sequuntur. Hoc in pratis Michelfeldensibus æstiuis mensibus floret, quod Ruitam

tam pratensem maiorem quintam Tabernæmontani esse, minus recte suscipiatis sumus.

II. THALICTRVM minimum fœtidissimum: caule est pedali, rotundo, in ramulos diuiso: foliis pluribus in tres lacinias diuisis, anterius duabus incisuris denticulatis, superne atrouirentibus, inferne pallescentibus: in ramulorum fastigijs flosculi parui, muscosi, ex plurimis staminulis compo- siti, quibus succedunt exiguae valuulae, oblongæ, senæ, septenæ, striatæ, apice incurvo donatae, ubique inuicem iunctæ, capillaceo oblongo pediculo insidentes, semen exiguum inludentes. Tota planta odorem fœtidissimum spirat, & in Valesia reperitur.

Simile, sed caule ex puniceo colore purpurascente, Thalictri maritimi minimi nomine, D. Gil- lenius misit.

DE FABA ARBORESCENTE.

CAPVT III.

FABARVM differentiae plures dantur, at solum Fabæ arborecentis hoc loco meminisse lubet. Fabæ arborecentis Anglicæ nomine, species sex Amstelrodamo, à D. Iacobo Guilhelmi Hooft anno 1614. vna cum quam plurimis alijs fructibus exoticis accepimus: quarum prima lata, compressa, cordis humani figuram refert: siquidem circa umbilicum veluti ad basim sinum habet semicircularem, & sensim ex rotunditate in obtusum apicem desinit; cortice rufo, splendente tegitur, cutis interior pars, siue caro subiecta, rufa dura, densa; existit: quo ad magnitudinem, vncias tres lata, & quatuor longa est, & in duas partes vindit.

Altera priore minor est, magis compressa, figuraque magis rotunda, & parte superiore non se- cūs, quam prior, profundum umbilicum semicircularem obtinet, & multo quam alijs partibus crassior: cortice est nigro, striato, tenuiore, & carne pauciore.

Tertia, priore adhuc minor, magisque plana, atque compressa, etiam nigro cortice tecta, vncias duas lata, tres longa, & parte superiore umbilico, non ut in duabus prioribus semicirculari cauo, sed oblongo.

Quarta, à proxima solum crassitie, & corticis colore spadiceo, differt.

Quinta, colore quidem, cum quarta conuenit,

sed quadruplo crassior est, & aliquomodo os Scapulæ refert: siquidem ad umbilicū, ubi vnciam crassa, sinus pollicis vnguis latitudinem æquans, acetabulum Scapulæ refert, vtrinque costas tenues obtinet: nam sensim oblongatur, in fine rotundatur, & ad latera sensim angustior redditur: at per medium linea extuberat.

Sexta, lata est, & compressa humani vnguis similitudine, & magnitudine, nigro cortice tecta, superne umbilicum paruum cauūm obtinente.

DE PISO.

CAPVT IV.

PISVM umbellatum: & Pisorum differentias præterire lubet, & solum Pisum umbellatum historiam breuem subiçere. Hoc caulis est longis, striatis, fistulosis, fragilibus, ramosis, & per matritatem albis: foliis aliquot oblongis, vni costa aduerso situ adnatis, quæ parte extrema, capreolum modo in claviculas, quibus se vicinis impli- cat, definit: floreshabet albos, circa umbilicum purpurea nota insignitos, in summitate caulinum velut in umbella dispositos: hic succedunt siliquæ duarum vnciarum, in formam umbellæ situatae, in quibus Pisum rotundum, album, communiter- num, vel duo, rarius tria, vulgaribus maiora con- tinentur. Germanis, apud quos licet rarius, in hor- tis colitur, *Büschelbergs* / id est, Pisum fasciculum iuncta, appellantur.

DE CICERE.

CAPVT V.

I. CICER montanum *ανθετον*: radice est longa, in profundum, nisi fissilium lapidum inter- uentu prohibeat, descendente, à qua exurgunt pediculi palmates, tenues, hirsuti, vtrinque foliis duodenis, & pluribus subrotundis, sed non nihil, quam in Cicere satiō longioribus, marginibus hirsutis, modo æqualiter, modo inæqualiter ex aduerso nascentibus, folio tamen extremo impati, vestiti: flosculi ad radicem oblongi sculi, pallidi, forma ad florem Loti tetragonoboli accedentes his succedunt siliqua prætumidae, duabus valuu- lis constantes, semine reniformi, Medicæ in mo- rem flauescente, prægnantes. Vernis mensibus flo-

ret, in montibus Thuringiae circa Northusam, unde D. Furerus anno 1616. transmisit.

II. CICER montanum lanuginosum erectum: ramis est pedalibus, rectis, rotundis, molli lanugine hispidis, in ramos semipalmares, etiam multo minores, brachiatis, in quibus folia. Viciæ sylvestrae forma longa, modo latiora, modo angustiora, mollia, leui lanugine obsita, dena, duodenæ & totidem ex aduerso eidem costæ in hærentia, extremo semper imparèm numerum faciente: ramulorum apicibus spica florum pallidorum & hirsutorum insidet, quos sequuntur siliquæ oblongæ, lanuginosæ, in exiguum filamentum recurvum desinentes, quæ semen nigrum minutum continent.

Hoc angustioribus folijs, in Valesia ad Thermas Leucenses, Iulio florens reperiuit: at quod foliis paulo latioribus, Ciceris montani erecti Thuringiani nomine, à D. Furero, & Ciceris astragaloidis erecti Francenhusanorum à D. Jungermanno acceptimus, quod in montibus Francenhusanis copiose reperiit scripsere.

D E L V P I N O.

C A P V T VI.

L VPINVS cæruleus maior villosus: radice est lignosa rufescente, fibrosa: caule cubitali, firmo, rotundo, striato, molli lanugine obsito (nam in hoc longe maior est hirsuties, quam in alijs Lupinis) in summitate in paucos ramulos diuiso: ramulis quandoque etiam subalaribus, rudimenta floris futuri habentibus, qui raro nostro cælo perficiuntur: folia septena, octona, molli lanugine obsita, & quam in cæteris latiora, stellæ in modum disposita, pediculis villoso, tres, quatuorve vncias longis insident, quæ decidua sunt, maxime vbi semen perfici incipit: flores magni sunt, eleganter cærulei, & inodori (rarius floribus est incarnatis) semper quinque in ordine ceu verticillatim dispositi; ita ut quam plurimum quatuor, raro quinque ordines conspiciantur: & quo planta perfectior sit, eo etiam magis à se inuicem distinguuntur, & quintus ordo plerumque perit, dum inferiores semen perficere student: siliquæ sequuntur hirsutæ, vnciam laræ, duas longæ, sed paucæ, cum ex quinque ordinibus vix binæ singulo ordine proueniant (quod raritatem & peregrinam plantæ naturam ostendere videtur) quæ semen vulgaribus maius comprehen-

sum, & rufescens, quandoque strijs variegatum; continent. Huius semen anno 1593. Lupini Indici nomine, D. Doldius Norinberga; ipsam vero plantam Lupini Cretici appellatione, D. Springerus Heidelberga misit: quem Lupinum quartum, Clusi in postrema historia facere videtur.

II. L UPINVS minimus: ex radicula oblonga capillacea; caulinus tenuis, palmaris, quam minimum hirsutus exurgit, cirea quem foliola quinques, septena, brevia, angustissima, subhirsuta, quæ oblongis pedicellis insident: flores & semina nondum vidimus: plantam Lupini Africani minimi nomine, exhorto nobiliss. Contareni habemus.

D E L A T H Y R I D E.

C A P V T VII.

L ATHYRIS angustissimo siue capillaceo folioplures Lathyridis differentias in foliorum latitudine & angustia, floris colore, siliquarum forma, hirsutie, & lauitate hic præterire lubet, & solum meminisse Lathyridis angustissimo folio, quæ radice est exili, caulinus cubitalibus infirmis, quibus hinc inde, & aduerso siturbina minima foliola adnascuntur, è quorum sinu bina, non nunquam terna folia capillacea, trium, quatuorve vnciarum longa, & surrecta, ex quo pedicello innixa, una cum pediculo in multifidum capreolum desinente, prodeunt, ex quo etiam pediculus tenuissimus, oblongus & nudus efficitur, qui florem vnicum, paruum, subcæruleum, quandoque pallide ruborem sustinet: quo defluxo, siliqua vncialis in apicem falcatum abiens, bina, ternave grana parva rotunda nigricantia, continens succedit.

Monspelluli in collibus, Maio florens, reperiuit.

• 66 (:) 90 •

DE VICIA.

CAPVT VIII.

VICIA Onobrychidis flore: & Viciarum quamuis differentias plures obseruauerimus, attamen in praesens vnius solum descriptionem subiugere lybet. Hæc caules habet pedales, teretes, striatos, quos foliorum alæ, vt in Vicia vulgari, sed breuiores & angustiores, vni costæ ex aduerso respondentes, ambiunt, capreolis extremum occupantibus: ex foliorum alis superioribus, pediculi semipalmares, nudi exurgunt, quorum summitatibus flores plures oblongi, galericulati, Onobrychidi. Glulis forma similes inferne pallidi, superne violacei coloris insidente: floribus succedunt siliquæ planæ, deorsum reclinatae, semina exigua, sena, seprena numero, continentes, Monspessuli prouenit.

DE CAPITE GALLINACEO, ET
onobrychida.

CAPVT IX.

CAPVT Gallinaceum minus: ex radice tenui oblonga, fibris carete, caulinulos aliquot palmares, & semipalmares profert, eosque ut plurimum procumbentes, & in ramulos diuisos: folia vulgari, siue maiori similia, sed breuiora & angustiora: flores habet paucos, paruos, dilute rubentes, breuibus pediculis insidentes: fructus parui, alperi, echinati & subrotundi succedunt. Hoc in maritimis & arenosis Prouinciæ, & iuxta Olbiam, & in montosis iuxta oppidum Vigan, reperitur.

I. **O**NOBRYCHIS clypeata alpera minor: à radice crassa, fibrosa, caulinuli semipalmares, reclinati prodeunt, circa quos foliola multa, brevia & angusta, aduerso situ costæ adhaerentia: flosculi eleganti colore rubentes, parui, Genistæ forma similes, pedicellis insident: sequuntur fructus clypeolis exiguis similes, plani, asperi, semen minutissimum continentes. Monspessuli in planicie Lupi collecta.

II. **O**NOBRYCHIS clypeata laevis: ex radice rufescente, paucissimis fibris donata, caulis unus (nonnunquam duo) pedalis, nodis distinctus, exurgit: circa quem folia alata, exfenis, septenis v-

trinque fibris oblongis, glabris, vni costæ inhaerentibus, unoq; extremam aliam occupante composita: ex alis, tenues, & oblongæ virgulæ, flores purpurocæruleos, velut in spica dispositos, sustinentes, prodeunt, quos sequuntur fructus plani, lœves, clypeiformes, communiter terni, sibi inuicem per longum cohærentes, semen minutum includentes. In Heluetiorum alpibus, vt monte Fracto, & ad Thermas Fabarias prouenit.


III. **O**NOBRYCHIS incana: caulem habet rotundum, ramosum, incanum: folia plura, acuminata, angusta, vni costæ adnexa, incana velut cinere aspera: caulinuli semipalmares, nudi, spicam florum purpurascientium, aliorum forma sustinent: quib. succedunt siliquæ oblongæ, incanæ, incurvo mucrone donatae, duabus valuulis constantes, semen minutum, nigrum, planum, & semicirculare continentis. In Prouincia Galliæ reperitur.

Alteram, non minus incanam, sed minorem, semipalmarem, folijs breuioribus & rotundis, ex Aragoniæ & Castiliæ saxosis, D. Albinus attulit.

DE OROBO.

CAPVT X.

OROBVS alpinus latifolius: ramis est cubitalibus, aut altioribus, angulosis, viridibus: folijs in singulis alis octonis, vni costæ adnatis, & sibi inuicem oppositis, vncias tres longis, duas latis, viridibus, neruosis, & cateris Oroborum folijs minus acutis: è virgulis ex alarum cauis palmaribus nudis prodeuntibus, flores vnciales, Genistæ forma, palea lutea, at folio superiore rufescente, dependent stylo ex illorum medio prominente: lobos & semina non vidimus: ex Pyrenæis & Helvetiorum alpibus habemus.



IDE GLAVCE LEGVMINOSA.

CAPVT XI.

GLAUCI Leguminosæ affinis: radicem habet Galbam, oblongam, paucis fibris donatam, ex qua caulis bicubitalis, & altior, satis crassus, rotundus, rubescens, cauus, paucis & breuibus pilis aperitus, prodit, & nisi sustentetur, procumbit: at frequenter ad cubiti solum altitudinem accedit, nec fulcimine opus habet: hic in alias ramos diuiditur: folia habet Glauco leguminosæ similia, duodecim etiam quatuordecim, & pluribus, vtrinque ad costam ordine dispositis, nec in ambitu serratis, & elegantissimis virore nitentibus: ex foliorum sinibus pe-

diculi prodeunt, flores pallide luteos, modo unum communiter plures, forma Glauci leguminosæ similis sustinentes: hos sequuntur siliquæ crassæ, coniunctæ, vnciam longæ, triangulares, in breuem apicem abeentes, semina angulosa, per maturitatem ex viridi flavescentia, continentis. Huius semen Araci Boetici nomine, à D. Io. Pona Verona accepimus, & ab annis aliquot in hortulo nostro habuimus: nam licet planta annua sit, attamen ex semine deciduo sese propagat. Tota planta ingratissimis saporis est: folia commanducata, herbaceum primum & ingratum, dein amarum saporem in faucibus relinquunt.



LIBER DECIMVS. DE OPHIOGLOSSO.

CAPVT I.

I. **O**PHIOGLOSSVM anguloso folio: ex radice crassa, in fibras crassas abeunte, unus vel alter pediculus, vncias quatuor longus, post medium dilatatus, effertur, cui folium unicum, vncias tres longum, sesquiunciam latum, ad exortum vtrinque dilatatum, & angulosum insidet, & stylum sesquiunciale linguam referentem, pediculo donatum obtinet. Helmstadio, D. Sigfridus misit.

II. **O**PHIOGLOSSVM minus; radiculis est fibrosis, pediculo simplici & breui, cui folium unicum, subrotundum, vnciam latum, sesquiunciam longum insidet: ad cuius exortum, & veluti è folij sinu, stylus serpentis linguam referens, vncia longus exit: in humidis circa Monspelium prouenit.

DE ADIANTHO.

CAPVT II.

ADIANTHVM fruticosum Brasilianum: hoc Filicis instar excrescit, caule tenui, leui, subnigro puniceo colore nitente, qui in alios subdiuiditur, circa quos folia viridia, Adiantho vero aliquantum similia, parua, oblonga, sed obtusa, superne tantum incisuris divisa, inferiore costa, qua capillaceo insident, integra, alternatim cauliculo, & quidem vtrinque duodecim vsq; ad viginti, petiolis, per pedicellum iunguntur. Apud Tououpinambaultios in Brasilia natum à D. Bursero accepimus.

DE FILICE.

CAPVT III.

FLIX palustris maxima: radice est omnium Filicium crassissima, duos pugnos superante nigra, velut ex crassissimis squamis cōpacta, & multis fibris

fibris nigris capillata, vnde exurgunt folia plura a-trourentia, tres cubitos superantia, in latus amplissime expansa: quorum pediculus rufescens, angulosus, cauus, instar oblongi auriscalpij ex radice prodit, qui vbi pedalem altitudinem adeptus est foliosus redditur, ad modum Filicis maris vulgaris: nam veluti ex plurimis pinnis, secundum margines crenatis, & ad unum pediculum cohaerentibus componuntur. Verum ad radicem, inter media folia, plura foliorum rudimenta cubitalia, velutifutuorum principia, conspiciuntur, eo modo, quo in Filice florida; siue Osmunda dicta, circa summos ramulos apparent: à qua tamen differt, q; Osmunda caules edat, & caulinum summis, veluti flores siue seminum rudimenta adhærent, & folia habeat latiora, & haudquaquam per margines serrata. Hanc locis palustrib; circa thermas Marchicas copiose obseruauimus: aliquando in editis & saxosis, sed humidis montibus etiam reperitur, vt circa Ramstein arcem Basileensem notauimus.

II. **FILIX** mas aculeata maior: radicem habet nigrum, fibrosam, pediculos pedales, foliosos, in multas alas pinnatas, modo maiores, modo minores, modo minores profundius diuisos pallide vi- rentes, primis in ambitu dentatis, & in breuem spinulam desinentibus. Hanc in monte Wasserfall legimus.

III. **FILIX** mas aculeata minor: hæc pinnulis est breuibus, totis integris, non dentatis, sed in spinulam acutam breuemq; omnibus desinentibus: eodem quo prior loco, licet eam postmodum à D. Furero, ex Harcynia & Stolberga veteri, acceperimus.

DE MUSCO.

CAPUT IV.

I. **MUSCVS** pennatus: hic colore est ex luteo virescente, lateq; serpit, multis viticulis, sed breuibus, ramosis, minutis folijs pennam æmulantibus vestitus, qui fibras tenues pro radicibus habet: in petrosis & syluis reperitur.

Huius altera species, radice rufescente ex copiosissimis fibris composita, viticulis ramosioribus, folijs minoribus: in sylva Vilensi, locis viginosis prouenit.

II. **MUSCVS** filicinus minor: huius aliquot differentias obseruauimus: sed hæc solum de minore agemus, qui per terram serpit, caulinis tenuibus,

in summo ramosis, foliolis Filicisimilibus, sed tenuissime dissectis: ex ramulis, pedicelli aliquot capillares rufescentes, biunciales, efferuntur, quibus singulis capitulum exiguum, subrotundum, incuruum, in apicem exiguum desinens, insidet. Hunc, cum alijs D Iungermannus misit.

III. **MUSCVS** Abietis facie: prædicto non multum ab simili, viticulis in ramos diuisis, folijs capillaceis, vtrinque (vtrin Abiete) costæ oblongiusculæ adnatis; multo quam in priore breuioribus, & viridioribus.

IV. **MUSCVS** ramosus repens, velut spicatus: hic ad arborum radices, nigris radiculis terræ affigitur, viticulis crassis, & longis serpit, & de se copiosas veluti spicas oblongas, ex tenuissimis & levissimis foliolis compactas, ramulorum instar emitit.

Hic similis & alter, foliorum tantum apicibus candicantibus discrepans: vterque in monte Crentzacho ad arborum radices crescit.

V. **MUSCVS** ramosus erectus maior: hic cespitis instar eleganter & arctissime quasi compactus, ex radicibus oblongis capillaceis, caulinum trium quatuorve vnciarum emittit, qui in binos, ternos, quaternos, biunciales, etiam triunciales ramulos, & hi quoque in alios erigitur, qui minimis capillaceis foliolis vestiuntur: inter ipsa foliola, pedicelli vnciales, nudæ, capillacei, capitulum, vt in Adianto aureo, sustinentes, efferuntur. Hic in Crentzacho mōte ad arborum radices, alijs Muscis commixtus conspicitur: at elegantior & viridior, ad sepes circa Burlam fluuium reperitur.

VI. **MUSCVS** ramosus erectus minor: ex capillacea radicula caulinulus ad summum biuncialis varie diuisus foliolis vix conspicuis cinctus, emergit: eodem, quo tres priores, loco prouenit.

VII. **MUSCVS** saxatilis ericoides: huic circa radicem folia multa Musco vulgari similia, inter quæ viticuli sunt palmates, asperi, foliolis Ericæ coridis folio similibus, inordinate vestiti, aliquando hinc inde nudi, quorum summo capitulum exiguum insidet. Ad Wiesam fluuiū super saxa repit.

VIII. **MUSCVS** stellaris roteus: ex fibellis nigris radicem constituentibus, pedicelli vnciales producent, quibus singulis folia plura instar rosæ compacta, pallide virentia, acuminata, in modum stellæ disposita, incident. Hic in saxosis Telamontij prouenit.

IX. **MUSCVS** Cupressiformis: parvus est, ramosus,

THEATRIBOTANICI

sis, foliolis cypresi forma, atrovirentibus, inter quæ pedicellus exurgit, qui minimas spicas pallidas & molles sustinet. Ex Harcynia.

X. *Muscus Polytrichoides*; hic triplex est; Primus, viticulis est plurimis, iisq; breuibus, & compactis, qui foliolis brevibus capillaceis rigidiusculis cinguntur. Alter, per omnia minor est, cuius folia rigidiuscula non sunt: Tertius, minimus est, & mollis: prior in sylvis virginosis reperitur: duo posteriores mutis insident.

XI. *Muscus terrestris coralloides incanus*: muscus hic pedalis est, incanus, ramis pluribus crassioribus erectis, iisq; compactis, qui in pluviis ramiculos, cornuum ceruinorum instar, eosq; acutos diuiduntur: hic ad Wiesam in sylvis occurrit.

XII. *Muscus terrestris, coralloides erectus*, cornibus rufescens: hic Musco terrestri vulgarie elegantis specie inveniatur: nam Musco vulgari ex pallido virescenti, hic candidus insidet, coralli modo in ramiculos rigidiusculos diuisus: qui licet candidus sit, ipsius tamen summitates cornutæ, & rigidæ rufescunt: hic ad Wiesam fluuium late expansus in arenosis reperitur. Verum hic cum Musco Corallino, siue Corallina montana Tabernæ montani, neutiquam confundi debet.

XIII. *Muscus ceranoides*: hic duplex est, maior & minor: maior, trium, quatuorve vnciarum est, folijs carens, caulinis latiusculis in ramos diuisis, hiq; in alios breves, & hisimiliter in tenuissima segmenta, trifida, quadrifida, acute scinduntur.

Minor totus incanus, vnciam non excedens, ex plurimis ramiculis proxime iunctis cōpositus, quorum summa communiter in duo minutissima

& acutissima cornua abit: vterq; in Harcynia collectus fuit.


XIV. *Muscus aquaticus folio expanso*: hic ex radice transuersim repente, & nigrante, ramos frequentes, late sparsos & semipalmates emittit, quorū summitates ob foliola cōpactiora, velut in spicam abeunt: folijs est breuibus, latiusculis primum, dein acutis. Hic apud nos aquæ in riuulis innat, & nonnihil splendet: quamuis eundem ex lacu Gaderschlebiano D. Sigfridus, & D. Jungermannus, Musci maioris lapidum Harcyniae nomine, miserit.

XV. *Muscus fontanus siue Hepatica aquatica*: hunc triplicem habemus, maiorem & minorem, Hepatiæ nomine à Lobelio, Tabernæmontano & alijs depictum, his tertium addere lubet, ab illis diversum, quem Muscum fontanum capitulis racemosis vocamus: hic folijs est longe minoribus, squamarum instar iunctis, pallide virescentibus, & nonnihil hirsutis, inter quæ quam plurimi pediculi capillacei, biunciales, nudi efferventur, quorum singuli capitulum paruum instar racemi compactum, & rufescens sustinent, quantum ex sieco, à D. Sigfrido misso, colligere licuit.

XVI. *Muscus pyxioides duplex est*: alter terrestris, tubulis maioribus, & candidioribus constas, à Lobelio nomine Musci terrestris pyxidatos alabastriculos imitantis, propositus: sub quo in Silesia calcem reperi relatum fuit.

Alter v. saxatilis est, tubulis lôge minoribus, copiosioribus, nec ita candidis, qui petris saxis levatis simili innascitur, eaq; obtegit, quemadmodum in via Telamontium versus, videre est.

Lenticula palustris latifolia.



LENTICVL A PALVSTRIS.

CAPUT V.

LENTICVL A palustris latifolia punctata: Lenticula palustris mihi quadruplex est: vulgarissima, Lentem referens: altera trisulca: tertia quadrifolia: quarta cuius & figuram (in Phytopinace & Matthiolo propositam) & descriptionem adiungere lubet. Hęc ramulis aquis innatat, à quibus filamenta radiculas constituentia deorsum feruntur: folijs est copiosis, subrotundis, eleganter virentibus, coniugatim in ramulis digestis, superne punctis minutissimis notatis: his inferne copiosae lenticulae, aliquando singulæ, aliquando ternæ, & quaternæ, rugoso prætenui cortice donatae adhaerent, quibus seimen copiosissimum, minutissimum & flauescens includitur: sapore est aqueo; Hanc in fossis Patauinis aquis super natantem vidimus, & in Silesia circa Vratislauiam reperitur: quam forte Cæfalpinus, pro Stratio aquatica Dioscoridis

proposuit, quamque scribit fluitare, & cum aqua incidere. Pisis in Auxerii fluvio, qui aquas thermales ex monte S. Juliani recipit.

CORALLINA.

CAPUT VI.

CORALLINÆ varietates multæ occurunt; at in præsens de tribus, quas haec tentis apud Authores, qui ad manus sunt, non obseruauimus.

I. **CORALLINA alba**: nodosa: caule est pedali, ligno candido, & duro, candido & aspero cortice testo, à quo vtrinque, sed sine ordine, pediculi, trium quatuorve vnciarum erecti, flexiles, prodeunt, quorum aliqui in alios, etiam vncia minores subdividuntur: hos minimum noduli, velut ex duobus semicirculis, iisque ut plurimum pertulis, compositi, usque ad extremum apicem (triginta, etiam quadraginta in uno pediculo obseruare licet) eleganti spectaculo, ad antiquarum minimarum cæterarum aurearum similitudinem, cingunt. Hanc una cum sequētibus, D. Rumbaumius, Massiliensis attulit, ex Barbaria illo deferri, & apud Massilienses plumarum loco supra pileos gestari, affirmauit.

II. **CORALLINA cinerea rugosa**: hæc duplex est, & vtraque non secus quam sequens, intus lignum habet spadicei coloris, durum, medulla carens, & crux obductum. Prima, ligno est duriore, quod crux cinerea, aspera, rugosa, & tuberosa, veluti cortice vestitur, quæ friabilis est, forte ex lino maritimo exiccato creata: hæc in ramos plures recuruos, & hi in minores, veluti tuberculis exasperatos, diuiduntur, & in obtusum rotunduscum apicem desinunt.

Altera, crux magis albicante, minusque rugosa obducitur, & in ramos pede longiores flexiles, & hi in stylos plerosque palmares, absuntur. Verum has duas, nec cum Lithophyto marino Gesneri, nec cum Corallina alba, lutea, & rubra Tabernamontani, nec cum Erica maritima Clusij, confundere oportet, cum omnes has differentias habeamus.

III. **CORALLINA pallide flauescens lauis**: hæc crux pallide flauescente, laui ac friabili obducta est: à qua vtrinque modo rami, modo styli laues & flexiles prodeunt.

THEATRI BOTANICI

154.

QUERCUS MARITIMA.

CAPUT VIII.

QUERCUS maritima triplex mihi est: 1. quæ propter vesicas aut bullas plurimas, quibusdam baccifera dicitur: 2. vesicis quidem caret, sed foliorum extrema crassiora sunt, & inæqualia, quasi rudimentum Cucumeris exigui ostendunt, quam glandiferam vocant: utraque iam descripta. Atteria, quam Quercum maritimam barbatam vocamus, pauca quidem folia habet, eaque secundæ similia, sed hæc in quam plurima oblonga capillacea filamenta, barbæ instar absuntur.

FUCUS MARITIMVS.

CAPUT VIII.

EX Fucis maritimis quam plurimis, in præsens aliquot solum exhibebimus, quorum duos priores anno 1603. D. Cargillitis, Abredonia ex Scotia una cum descriptione transmisit.

I. **Fucus alatus**, siue phasganoides: huius admiraanda est forma: saxis quæ Oceanus lambit, & in æstu quoque mergit, adhæret, lepadum instar mytilis coronata: caule tereti, pennæ anserinæ magnitudine; colore, quem exhibit Pruna Damascena, inter rubrum & nigrum saturatum, medio, at folia, quæ non nisi caulem adultum ornant, saxo hærentia (insicca vire scunt) adluteum magis vergunt, quæ palmæ latitudine supra radicem nascuntur plurima, ligularum instar, cartaginea, tres, quatuor, sex, aut octo vncias longa: inter quæ caulis eo vsque teres, late scit, porrigiturque interdum ad vlnæ longitudinem infirmus, vt nisi aquis innatans sustentetur, humili semper procumbat: huic, si adultior, utrinque ala adnascitur, tanæ, quantæ & ipse caulis est longitudinis, ea vera tota membranæ est, fibris hinc inde venosis à caule conspersa. Notandum autem membranam hanc prout in sagittarum aliis est videre, ima parte angustiorem, sensim latiorem reddi, ita vt tres ab ortu pollices transuersos æqualis deinceps tota existat, vnius, duarum, aut trium vnciarum latitudine. Vulgo Baderlacks vocantur. **Fucus alatus**, aut phasganoides esto, caulis enim ancipitem gladium refert: Hic, præsertim in Septembri vigeret, alio annis tem-

pore inutilis: membranæ abiiciuntur, reliquo vescuntur grauidæ, alijsque etiam in cibos cedit: sapore est falso cum modica dulcedine: sitim manducantibus excitat.

II. **Fucus arboreus polyschides**: eodem ortu & vsu est, quem vulgus Tangels nominat; **Fucus omnium interdum maximus**, trium quatuorve cubitorum, teres, luteus (tenuior, qui solus vescus est, longe infra minimi digiti crassitudinem, corticem Castaneæ bene maturæ colore æmulatur) caulem Angelicæ maximæ crassitudine æquat: fastigium, in latas cartilaginofolas membranas, varie diuiditur, eo prope modo, quo balthei pars, & quæ ensis suspeditur apud Heluetios. Hic **Fucus maximus**, aut arboreus polyschides esto. Haec tenus Cægillus. Verum hic postremus à Palmifolio Giganteo siue Alga latifolia Imperati, à quo Neapoli, cum quam plurimis maritimis plantis accepimus, distingui debet.

III. **Fucus longissimo, latissimo, crassoque folio**, radice est breui, ex crassis fibris composita, ex qua pediculus crassus, rotundus, semipalmaris prodit, qui in folium expanditur: folium vnum ingentis longitudinis, pedes aliquot & vlnas excedit (rarius ex una radice duo folia, eiusdem omnino formæ & longitudinis) & latitudine vncias quatuor superat, eiusdem fere per totum folium, principio excepto, latitudinis, in medio æqualiter planum, ad vtrumque vero latus parum conuolutum tortuosum & sinuosum, obscure virens, crassum, & dum terræ adhuc affixum, tactu forma gelatinæ, viscosum, & madidum: quare, propter nimium madorem yix asseruari potest, licet sepius Soli exponatur: nam, quoties chartæ reponitur, mador iste cum fætore recrudescit, ita vt à corruptione non nisi post aliquot septimanas, donec plane sicceretur, seruari possit. Hic in Gallijs ad maris litora versus S. Malo prouenit, & è natali solo facile eruitur: vnde D. Satlerus transmisit.

IV. **Fucus longissimo, latissimo, tenuique folio**: hic priori non multum absimilis, qui ex radicula nigra, fibrosa, pediculum tenuem, triuncialem emitit, qui in folium sesquicubitalis longitudinis, vnciarum quinque vel sex latitudinis, planum, per margines hinc inde conuolutum, absimitur: coloris pallide virentis est, substantia tenuissimæ membranæ: hung cum alijs maris Mediterranei purgamentis reiectum, non longe à montis Cetij radice, collegimus.

V. **Fucus**

V. Fvcs longo, angusto, & crasso folio: radice est rotunda & plana, ex qua bina, ternave folia (siue cauliculi, si maelis) sesequipalmaria, crassa, coriacea & plana, ligulas referentia prodeunt, quae in alias velut ligulas, sed ratius, diuiduntur. Hic ad Fructum maximum secundum Dodonæi editionis Belgicæ referri posse videtur, cuius species altera breuiore & angustiore folio dici poterit. Hunc quoque à D. Satlero habemus.

VI. Fvcs membranaceus ceranoides: hic instar Lactuca marinæ tenuis, palmum excedens, caule est vnciam & semunciam lato (mire varians) quin plurimas alas modo latiores, modo angustiores, haec in breuissimas easque plures cornuum modo subdiuiduntur. Huius species varias esse, scopulis adnasci, Scotis Dils dici, eiusq; esum contra Picam commendari, D. Cargillus, planta addita, perscripsit.

VII. Fvcs maritimus Gallopauonis pennas referens: hic membraneus est, lese sensim late expandens, qui in plures lacinias semicirculares sibi quandoque incumbentes diuiditur, per quas variae striæ semicirculares, variegatae, diversæque latitudinis, ut in pennis Gallopauonis elegant spectaculo feruntur. Hic scopulis maritimis adnascitur: quamuis etiam ex Mitulis, cortex huic Fuco similimus, eximatur: hunc à D. Cargillo ex Scotia accepimus.

VIII. FILVM maritimum Germanicum: hoc ex uno lapillo innascitur, & in plurima bicubitalia, angustissima, nigricantia, lauia, crassiuscula & firma, aliquando inter se complicata fila, absumuntur. Hoc ex mari Baltico accepimus, & incolis Meerfaden, & Meerstrang dici accepiimus.

ALGA bombycina: Algam hanc ex Scotia accepimus, quæ instar Gossypij siue bombacis mollis & compacta, late expansa, aquis dulcibus innatans, superne pallide virés, inferne albicans: hoc gossypio, quod ex veteri thorace, cui suffultum erat, eximitur, similium est.

•••(•)•••

2

CARDVVS.

CAPVT IX.

I. CARDVVS mollis latifolius: caule est cubitali, striato, breuibus & mollioribus spinis armato: folijs Rumecis forma, tenuibus, leuibus, venosis, palmum longis, vncias quatuor latis, marginibus exiguis spinulis dentatis, caulis summitas in pediculos breues vnciales abit, quorum singuli capitulum Lappæ vulgaris forma, eiusq; fere magnitudinis sustinent, quod in stamineum purpureum florem expandit. Hunc D. Burserus in Austria monte Taurero Rastadiensem legit.

II. CIRSIV M angustifolium: ex radice nigra fibrosa, caulis cubito altiore effertur, membranosis alis asperiusculis vestitus, in ramos diuisus, quorum singuli in pediculum oblongum, cumq; nudum, abeunt, cui capitulum vnicum hispidum insidet, quod in florem stamineum rubentem aperiatur, & tandem in lanuginem absumitur. Folia habent ad radicem palmaria, vncia angustiora, atrouientia, in ambitu raris aculeis praedita: at quæ in caule, brevia sunt, non nihil laciniata, & aculeis magis exasperata. Hoc in monte Wasserfall legitimus.

III. CARDVVS sphærocephalus acutus vulgaris: ex radice crassa, caulis cubito altior, statim in ramos brachiatus, effertur, qui crassus, lignosus, membrana alata spinosissima usque ad summum inuestitur: quem folia pediculo latiore amplectuntur, quæ profunde laciniata, palmaria, duas tresve vncias lata, per ambitum crebris & acutissimis, pallide flavescentibus spinis armata. Caulium summis, capitulotunda, pene sphærica, acutissimis spinis horrida, insident, quæ in florem stamineum purpurascemt explicitantur, & tandem in pappæ abeunt, cui semen Cnico sylvestri simile includitur. Haec frequens est in dumetis humidis, quamvis etiam secus vias reperiatur.

IV. CARDVVS lanceatus angustifolius: hic caulis est bicubitalibus, rotundis, striatis, hispidis & firmis, oblongis, acutis, albanticibus spinis horridus, hinc inde membranea ala donatus, & in lumbo in ramulos diuisus: circa hunc folia riora, palmum æquantia, angusta, in lanceam oblongam, eamque latiorem, quam in Cardeo lanceato latifolio, abeuntia, raris & breuibus lacinijs diuisa, subtus incana, superne atrouientia, spinis

THEATRI BOTANICI

longis donata: caulicorum summis capitula plura; parua, ex imbricatis squamis composita, insident, quæ in stamina atrorubentia, apicibus diuisi, expanduntur, & aliorum more in pappum & lanuginem resoluuntur, semenque exiguum in ea occultatur. Hic & flore albo quandoque reperitur. Hunc in nemore ad pontem Wiesam obseruare licet.

V. CARDVS palustris: radice est simplici, caule tricubitali, foliaceo, erecto, non nihil ramoso, breuibus spinis armato, folijs atroirentibus, crassis, sinuosis, quandoque etiam laciniatis, semipalmatis, sesquiunciam latis, permarginem rario-ribus spinis cinctis; caulis summo capitula plura, singula singulis pediculis insident, quæ in florem stamineum purpurascens expanduntur, dein in pappum aliorum more abeunt. Hic ad Wiesam locis arenosis, herbosis, & Michelfeldensibus pa- lustribus, prouenit.

VI. CARDVS polycephalus angustifolius: ra- dicem habet lignosam, fibrosam, caulem cibito, altiore, rotundum, striatum, spinis carentem, cuius summitas in plures semipalmates ramulos, & hi quandoque in breuiores, diuiditur: folia sunt pauca, angusta & brevia, spinis oblongis armata: capi- tula plura, parua, quibus minima subiiciuntur, exiguis spinulis praedita, & flos laceæ similis ex stami- nibus purpurascensibus compositus, insidet, qui similiter in lanuginem abit. In pratis Michelfel- densibus fr̄quens occurrit.

VII. CARDVS repens vinearum: ex radice ob- longa, nigricante caulis prodit reclinatus, rarius e- rectus, pedalis, incuruus, striatus, candicans, cuius sumnum in ramulos paucos, eosque breues ab- sumitur, qui capitula parua laceæ vulgaris similia, sustinent: folia ad radicem plura, superne atrouientia, inferius incana lanagine aspersa, semipal- maria, vnciam lata, leuiter sinuata, spinulis per cir- cumferentiam donata: at quæ caulem ambiunt in profundas lacinias diuiduntur, palmaria, duas tresve vncias lata, existunt. Hic in vinetis Mutensi- bus frequens est.

VIII. ANONIS viscosa minor flore pendulo: plantula est semipalmatis, totaque hirsuta: radicu- la alba, oblonga, tenui, parum fibrosa, à qua cauli- culi plures, diuarum triumve vnciarum, exurgunt, iisque tenues, rotundi, foliolis paruis, plerumque ternis ex uno pediculo prodeuntibus, forma & si- tu vulgaris Anonidis similibus, viscosis: flores par- ui sunt, lutei, propendentes, quibus minutum se- men in exigua siliqua succedit, & nullis spinis. donatur. Ex Gallia Narbonensis habemus.

LIBER VNDECIMVS

CYTISVS.

CAPUT I.

CYTISVS Hispanicus siliquis Ornithopodij: hic virgis est rotundis, striatis, duris, tricubitalibus, in varios ramos nonnihil lanuginosos brachiatis, quos folia numeroſa, terna vni pediculo inhærentia, in summis ramulis exigua, dilute virentia; ambiunt: flores parui, lutei, Genistæ similes, quibus siliqua vnciales, molli hirsutie tectæ, instar siliquarum Ornithopodij, minus tamen profunde sinuatæ, & plures simul iunctæ, ternæ; quaternæ, quinæ vni pedicello inhærentes, quibus semina parua, plana, nigricantia inclusa sunt. Hic in Hispania, ad agrorum limites frequens est, non tamen cum Cytiso primo Clusij, cuius pars interior nigricat, & ramuli toti villo obſit iſunt, confundi debet..

COLVTEA.

CAPUT II.

COLVTEA, Scorpioides maritima glauco folio: virgis est pedalibus, rarius cubitalibus, lignosis, rotundis, rufescente, rugoso cortice vestitis, in frequentes ramos diuisis: folia alata, septem, aut nouem, vni costæ, binis semper ex aduerso fistis, adhærent, vno impare extremam alam occupante, Coluteæ folijs similia, sed multo minora, obtula & cordata, glaucique vel cæsijs coloris: flores & forma & colore Coluteæ similes, sed minores: pediculis tenuibus siliquæ, tenues, oblongæ vnciales, articulis distinetæ insident, quarum singulis articulis, singula semina parua inclusa sunt.

Hæc in maritimis prope Teracinum collecta, quamuis etiam Patauio, ex horto Bebianio habeamus..



GENISTA.

CAPUT III.

GENISTÆ Hispanicæ affinis: suffrutex est cubitum superans, caule tenui, tereti, candicante cortice tecto, qui in plurimas virgas tenuissimas diuiditur, quarum aliquæ palmum superant, aliae minores sunt: circa quas folia longiuscula, angustissima & rarissima, ita ut virgæ pene nudæ apparet: summis virgis singulis vnicum capitulum rotundum, villosum, molle, insidet, ut in Gramine maritimo siue polyanthemo maiore, ex pluribus floribus, Genistellæ tinctoriae forma, sed minoribus pallide luteis compositum: nam quilibet flos, ex caliculo villoso, hirsutie albo prodit. In montibus plane saxosis ad aquas Blancas D. Albinus colligit:

GENISTELLA Monspeliaca spinosa: hæc viticulis est palmaribus, in terram reflexis, quorum pars inferior in breuissimos ramulos, ex paruis spinulis constantes diuiditur, à medio vero sursum villoſi sunt, quandoque in ramulos brachiati, oblongis viridibus folijs, minoribus ſæpe additis, vestiti, spinisque carentes: summitatibus, flores pallide lutei, forma Genistæ spinosæ vulgaris similes, insident. Hanc quidam Monspeliuli Corrudam lutem vocabant: quæ etiam in Ventoſo montere perit.

Similem sed per omnia maiorem, caulis pedalibus, folijs rarioribus, spinis longioribus, minusque pungentibus, floribus maioribus & aureis, quasi in Ipica dispositis, ex Hispania habemus..

GENISTELLA minor Aspalatioides: suffrutex est pedalem altitudinem superans, stipite rotundo, rufo cortice vestito, lignoso, hinc inde spinis, sed rarioribus, armato, in ramos, qui in minores

THEATRI BOTANICI

subdiuiduntur, brachiato: circa quos foliola rara, parua, quædam subrotunda, quædam oblonga, spinis interiectis, quibus flores lutei. Genista prædictæ duplo minores, hinc inde componuntur, nec, vt in priore, ramulorū summis, in aculeum abundantibus, insident. Hanc, ex Anglia Genistæ spinæ nomine accepimus: at eandem in asperis, circa Aureliam Gallorum, ramis late se spargentibus, collegimus.

C H A M E G E N I S T A Cretica: hæc virgulæ est palmo minoribus, humi diffusis, tenuibus, rotundis, subcanis, in ramulos aliquot duarum, trium vnciarum diuisis, foliolis oblongis, angustissimis, binis aut ternis ab eodem exortu, sed altero semper longiore, prodeuntibus, incanis: ex foliorum alis florculi terti, quaterni, parui, lutei, Genistæ floribus æmuli: siliquas non vidimus. Ex horto nobiliss. Contareni habemus.

S V M A C H.

CAPUT IV.

S V M A C H angustifolium: hoc potissimum folijs à vulgato differt: huius enim folia vncias quatuor longa, semiunciam lata sunt, in exquisitum apicem desinunt, & per marginem crenata sunt, quorum duodecim vni costæ, vtrinque nimirum sex, adhaerent, vndecimo imparem numerum, constitue, quæ luperne atroviarent, inferne pallida sunt, costa elata per longum excurrente. hoc in Brassilia apud Tououpinambaultios collectum & à D. Bursero communicatum.

MELEGVETA.

CAPUT V.

M E L E G V E T A siue Grana Paradisi: folia crassa sunt, vncias quatuor longa, tres lata, per quorum longitudinem costa elata fertur, à qua fibræ plurimæ per transuersum abeunt, vt in Caryophyllorum folijs cum quibus maximam similitudinem habent: fructus satis cognitus, habetur in officinis, vt & Grana exempta: huius folij pediculus, sapore est aromatico, ipsi granis correspondente, non tam ita acuto & aromatico, vt in folijs Caryophyllorum animaduertitur, quo signo potissimum à se inveniuntur distingui possunt. Huius folia una cum

Nucis moschatæ folijs, D. Clutius Amstelodamo misit.

STYRAX LIQUIDA.

CAPUT VI.

S T Y R A C I S liquidæ folia: ex radice rotundo, nigrante, rugoso, striato & quasi articulato cortice teeto, folia terna, etiam quina, oblongis, tenuibus, nigricantibus pediculis donata, ex uno veluti tuberculo prodeunt, quæ vitiginea sunt foliorum Aceris, vel Platani instar, in lacinias ternas, etiam quinas diuisa, neruosa, per circumferentiam crenata, & mucronato cuspidé. Hæc ab Honorio Belli accepimus, qui styracis huius magnum ramum se habere prescripsit.

LIGVSTRVM.

CAPUT VII.

L I G V S T R V M duplex ex Italia accepimus, de virtuote breuiter in præsens, cum solum ramos absque floribus & seminibus acceperimus.

I. **L I G V S T R V M** Myrtifolium: hoc ad Ligustrum vulgaris modum excrescere, & in ramos brachiatæ audio: rami rotundi sunt læues non nihil rufescentes. folia atruientia, vulgaris folijs & latiora & longiora. Hoc nomine, Ligustrum myrtifolij perpetui, vel Myrti Ligustrum folio, Patauio ex horto Pharmacopæi (cuius nomen excidit) ad pontem molin accepimus.

II. **L I G V S T R V M** folijs laciiniatis: & huius ramos pedales habemus, circa quos folia atruientia, glabra, inferiora quidem subrotunda, alia vero oblonga: hæcque modo integra, modo lasmini lutei instar diuisa, quandoque ab altero solum latere, laciñiam vnam, quandoque vtrinque vnam, rarius binas, quandoque ternas, quaternas, inordinatas laciñas obtinent. Hoc primum Ligustrum nigri nomine, ex horto Ill. Mori Senatoris Veneti, quem in villa di Carbonara colit: dein, pro Syringa laciñatis folijs, ex horto Ill. Contareni Sen. Veneti accepimus: de virtuote plenius in
Theatro nostro.

• 60 •

SALIX.

CAPUT VIII.

I. **S**ALIX fragilis: hæc mediocris est altitudinis, caulis ramosis, rotundis, rubente cortice vestitis: folijs longis, angustis, prona parte incanis, superius atroventribus, & tandem pene nigris: iulis quam in cæteris brevioribus. Fragilem appellare lubet, quia non aliarum Salicorum instar virginis lentis & vimineis, sed plane fragilibus donatur. Nostris Brandweiden / eo quod tandem nigrescat, dicitur: frequens ad Birsam & S. Iacobum.

II. **S**ALIX oblongo incano folio: huius caules, cortice atrorubente vestiti, in breues & plures ramos, diuisi: folijs oblongis, superna parte obscure videntibus, parte prona cinereis & incanis: flores copiosos aliarum salicum modo producit, & semen patitum nigrum, cum albissima lanugine aquat: hæc apud nos frequens, in primis in minore urbe, ad molendinum ætarium, in sepibus ad aquam.

III. **S**ALIX subrotundo argenteo folio: hæc caulis est cubito altioribus, rotundis, incanis & ramosis: folijs subrotundis, superne nigricantibus, parte prona incanis, argentei coloris, splendentibus, tactu mollibus, & velutinæ lantigine pubescentibus, per ambitum raræ crenis exasperatis. Hanc sine fructu ex Belgio D. Gallus transmisit.

IV. **S**ALIX humilis latifolia erecta: hæc salici, latifoliæ aquaticæ acuto folio similis est, sed humilior, cum huius virgæ rotundæ striatae, vix cubitum superent: folia minora sunt ex rotunditate oblongata, in acumen desinentia, rugosa,

parte prona lanuginosa, tactu mollia: iuli rotundi, parui, flavi: hæc cum latifolia repente confundi non debet. Michelfeldæ in humidis.

V. **S**ALIX alpina angustifolia repens: ex radice, atrorubente cortice recta, caulinis palmares humili fusi prodeunt, qui capillaceis radicibus terræ affiguntur, ramulis tamen paucis sursum elatis: foliolis oblongis, latiusculis, brevibus cincti: flores ut in cæteris, quibus absentibus, nullus salicem esse crederet. Hæc in Heluetiorum alpibus & monte Fracto, frequens est.

VI. **S**ALIX alpina Pyrenaica: hæc ad semicubitalem altitudinem vix assurgit, virginis tentibus, ramosis, folijs oblongis, paruis, per circumferentiam pilosis, tactu holoserici in star, ob minutissimos pilos, mollibus: spicæ florum vnciales, angustæ, molles sunt. In summitatibus Pyrenæi D. Burserus legit.

VII. **S**ALIX saxatilis minima: hæc duas vncias vix superat, quæ ex radicula caudicem crassiusculum, vix semiunciam emitit, qui in binos ternos vnciales ramos, terræ incumbentes, diuiditur: folia sunt parua, oblonga, subrotunda, atroventria, venosa, quorum medio capitulum paruum subrotundum, veluti ex multis baccis compositum, insidet, quibus maturis apertis, veluti ex triangulare caliculo, mollis, candida & breuis lano effertur. In alpium Heluetiorum iugis, axis infidens, reperitur.

LIBER DVODECIMVS.

SANAMVND A.

CAPVT I.

SANAMVND A viridis vel glabra: radice est crassa, lignosa, fibrosa, alba, cortice crasso, pallido, lento vestita, à qua ramuli plures, tenues, palmares, etiam minores, iisque geniculati prodeunt, foliis oblongis (rarius subrotundo) Chamæleæ vel potius Polygalæ similibus, sed brevioribus, viridibus & glabris, alternatim circa ramulos dispositis: inter quæ flores oblògi, luteoli, in quatuor foliola diuisi conspiciuntur: fructum non obseruauimus. Hæc Aprili florens, Monspeßuli in horto Dei collecta fuit.

FRANGVLA.

CAPVT II.

FRANGVLA altera polycarpos: frutex est Frangula sive Alni nigrae similis, ramosus, cortice candicante vestitus: folijs subrotundis in apicem plerumque abeuntibus, plurimis nervis elatis per ea discurrentibus, quare instar foliorum Vlmi rugosis, tenuissime per marginem ferratis: Flores habet forma Frangulæ vulgari similes, paruos, stellata-

tos, luteolos, copiosos, velut in racemo cohærentes, quibus succedunt fructus parui angulosi compressi, Spinæ infectoriæ baccis correspondentes, ex minimis pediculis dependentes. Hæc vere florens in quibusdam dumetis, etiam in monte nostro Muteto, reperitur.


RIBES.

CAPVT III.

RIBES montana oxyacanthæ sapore: duplex Ribes in Heluetiorum alpibus reperitur: altera, quæ frutice & folijs, sed minoribus vulgari conuenit: fructum v. habet rubrum, hortesi duplo pene maiorem, sapore oxyacanthæ fructui respondente; in Valesianorum montibus reperitur. Altera, humiliore est, & per omnia minor, baccis vulgari minoribus, mitiusq; acidis: in Bernatum montibus prouenit. Et hæc ad gloriam Dei dicta sunt, cui sit laus honor & imperium in facula.

F I N I S.


INDEX



INDEX
PRODROMI THEA-
TRI BOTANICI;
Quo plantæ supra sexcentæ vna cum aliis
continentur.

*Primus numerus paginam,
Secundus pagina segmentum,
Tertius paragraphum denotat.*

A.



<i>Brotanum Campestre inca-</i>		<i>ibid.</i>
<i>nūm, Carline odore, 71. I.</i>		
<i>vbi proueniat</i>	<i>ibid.</i>	
<i>Absynthium Ponticum Creti-</i>		
<i>cum grati odoris, 71. I. I.</i>		
<i>Græca lingua quomodo re-</i>		
<i>cētē vocetur</i>	<i>ibid.</i>	
<i>Absynthium alpinum incanū,</i>		
<i>71. I. II. vbi nascatur, ibid.</i>		
<i>Absynthium alpinum candidum humile</i>	<i>ibid. III.</i>	
<i>Absynthium alpinum umbelliferum, 71. 2. IV.</i>	<i>quando in-</i>	
<i>uentum nouum, ibid. que eius varietas</i>	<i>ibid.</i>	
<i>Acetosa Americana foliis longissimis pediculis donatis, 54.</i>		
<i>2. I.</i>		
<i>Acetosa rotundifolia alpina</i>	<i>55. I. II.</i>	
<i>Acetosa scutata repens</i>	<i>55. I. III.</i>	
<i>Acetosa Cretica semine aculeato</i>	<i>ibid. IV. & 2.</i>	
<i>Acetosa lanceolata angustifolia repens</i>	<i>ib. V.</i>	
		<i>Æthiopis laciniato folio</i>
		<i>115. I.</i>
		<i>Alchimilla alpina quinquesfolia, 138. 2. quo mense floreat,</i>
		<i>& quibus locis reperiatur</i>
		<i>ibid.</i>
		<i>Alga bombycinæ</i>
		<i>155. 2. VIII.</i>
		<i>Allium iuncifolium bicorne luteum</i>
		<i>27. 2. I.</i>
		<i>Allium montanum minus</i>
		<i>ibid. II.</i>
		<i>Allium montanum radice oblonga, ibid. III. vbi proueniat</i>
		<i>ib d.</i>
		<i>Alsine palustris minor serpillifolia, 118. I. I. quibus locis pro-</i>
		<i>poueniat</i>
		<i>ibid.</i>
		<i>Alsine palustris minor folio oblongo, 118. I. II. alias Portula-</i>
		<i>ca aquatica</i>
		<i>ibid.</i>
		<i>Alsine alpina glabra</i>
		<i>ibid III.</i>
		<i>Alsine alpina iuncto folio, 118. I. IV. quo anni tempore flo-</i>
		<i>reat & vbi nascatur</i>
		<i>ibid.</i>
		<i>Alsine minor Androsace alterius Matthioli facie. 118. 2. V.</i>
		<i>Alsine verna Androsace capitulis, ibid. V. I. cuius soli sit a-</i>
		<i>X lumna</i>

I N D E X.

<i>lamna:</i>	<i>ibid.</i>	
<i>Alsinæ alpina minimæ glabra</i> , 118. 2. VII. <i>vbi reperiatur ibid.</i>		
<i>Alsinæ nodosa Germanica</i> , <i>ib.</i> VIII. <i>alias arenaria & quare sic dicta</i> <i>ibid.</i>		
<i>Alsinæ Spergula facie</i> , <i>sive Spergula minor subcaruleo florculo</i> 119. IX.		
<i>Althaea Bryonia folio</i> , 138. 1. I. <i>alias Althaea arborescens semper virens</i> <i>ibid.</i>		
<i>Anagallis Aquatica angustifolia scutellata</i> , 119. 1. <i>vbi proueniat ibid.</i>		
<i>Anemone tenuifolia Cretica albo magno flore</i> 93. 2. I.		
<i>Anemone sylvestris alba minor</i> 93. 2. II.		
<i>Anemone alpina alba maior</i> 94. 1. III.		
<i>Anemone alpina alba minor</i> , <i>ibid.</i> IV. <i>quo loco proueniat ibid.</i>		
<i>Anethum sylvestre minus</i> 76. 2.		
<i>Antirrhinum saxatile folio serpilli</i> , 106. 1. <i>vbi enascatur ib.</i>		
<i>Angelica sylvestris hirsuta inodora</i> , 82. 2. <i>quibus locis proueniat</i> <i>ib.</i>		
<i>Anemone viscosa minor flore pendulo</i> , 156. 2. VIII. <i>vnde habetur</i> <i>ibid.</i>		
<i>Apium hortense maximum</i> 81. 1.		
<i>Apium peregrinum folius subrotundus</i> , 81. 2. <i>vbi reperiatur ibid.</i>		
<i>Aquilegia montana magno flore</i> 75. 1. I.		
<i>Aquilegia montana parvo flore thalictri folio</i> <i>ib.</i> II.		
<i>Aquilegia hortensis multiplex flave parvo</i> <i>ib.</i> III.		
<i>Argemone alpina lutea</i> 93. 2. IV.		
<i>Arundo Anglica foliis in summitate dissectis</i> 25. 2. II.		
<i>Arundo Indica latifolia flore luteo punctato</i> , <i>ibidem</i> III. & 26. I.		
<i>Aescyon magno flore</i> , 130. 2. <i>hoc aescyro vulgari</i> , <i>sive Hyperico dumetorum simile</i> , <i>ib.</i> <i>vbinam reperiatur</i> <i>ib.</i>		
<i>Aster hirsutus Austriacus caruleus magno flore</i> , 124. 2. <i>vbi reperiatur</i> <i>ibid.</i>		
<i>Atriplex sylvestris fructu compresso roseo</i> , <i>vel stellato</i> 58. 1. I.		
<i>Atriplex sylvestris</i> , <i>vel Pes anserinus</i> <i>ibid.</i>		
<i>Atriplex sylvestris lappulas habens</i> , 58. 1. & 2. II. <i>alias atriplex sylvestris insipida parua erecta</i> <i>ib.</i>		
<i>Atriplex maritima angustifolia</i> , <i>ib.</i> III. <i>vbi proueniat ibid.</i>		
B		
<i>Bellis alpina major rigido folio</i> 120. 2. I.		
<i>Bellis alpina minor</i> <i>ib.</i> II.		
<i>Bellis montana major folio acuto</i> , 121. 1. III. <i>vbi enascatur ibid.</i>		
<i>Bellis montana folio obuso crenato</i> 121. 1. IV.		
<i>Bellis maritima foliis Ageratæ</i> 121. 2. V.		
<i>Bellis sinuosa quadruplicata</i> , <i>ibid.</i>		
		<i>ib.</i>
<i>Bellis spinosa folio Ageratæ</i>		<i>ib.</i>
<i>Bellis spinosa forma billidis caruleæ</i> 121. 2. V.		
<i>Bellis spinosa flore globoſo</i> <i>ibid.</i> VI.		
<i>Bellis hortensis pediculo folio</i> <i>ibid.</i> VII.		
<i>Beta Cretica semine aculeato</i> 57. 1. & 2.		
<i>Bistem Dageim</i> 102. 1. IV.		
<i>Bistorta alpina maxima</i> , 100. 1. <i>in altissimis Silestorum montibus reperitur</i> <i>ib.</i> 2.		
<i>Brassica spinosa</i> 54. 1. & 2. II.		
<i>Eruca sylvestris alpina</i> 54. 2. III.		
<i>Brandweyden</i> 159. 1. I.		
<i>Bryonia Cretica maculata</i> , 135. 1. I. <i>vbi frequens sit</i> <i>ib.</i>		
<i>Bryonia sylvestris baccifera</i> , 135. 1. II. <i>quo tempore floreat</i> , <i>ib.</i> à communi <i>Bryonia sylvestri</i> quomodo differat <i>ib.</i>		
<i>Bryonia Mechoacana nigricans</i> , 135. 1. III. <i>alias Lalapium vel Gelapo</i> , item <i>Mechoaca nigra</i> , <i>vel mat.</i> <i>ib.</i>		
<i>Bursa pastoris maior folio non sinuato</i> 50. 2. I.		
<i>Bursa pastoris maior loculo oblongo</i> 50. 1. & 2. II. <i>non nullis Thlaspi Veronice folio nominatur</i> <i>ib.</i>		
<i>Bursa pastoris alpina hirsuta</i> 51. 1. III.		
<i>Wuscheler</i> <i>ib.</i> 147. 2.		
C		
<i>Acalia tomentosa</i> , 102. 1. <i>vbinam locorum reperi in so-</i> <i>leat</i> 102. 2.		
<i>Calamenta vulgaris flore exiguo</i> , 110. 2. <i>vbi proueniat ib.</i>		
<i>Calamus</i> . <i>Vide Arundo.</i>		
<i>Calamus aromaticus Syriacus</i> 25. 2. I.		
<i>Camæorchis alpina folio gramineo</i> 29. 1. III.		
<i>Campanula alpina latifolia flore pullo</i> 33. 2. III.		
<i>Campanula alpina latifolia carulea</i> 34. 1. IV.		
<i>Campanula alpina rotundifoli minor</i> <i>ibid.</i>		
<i>Campanula rotundifolia minima</i> , 34. 2. V. <i>quo loco copio-</i> <i>sime proueniat</i> <i>ibid.</i>		
<i>Campanula Cymbalaria folijs</i> 34. 2. VI.		
<i>Campanula serpillifolia</i> 35. 1. VII.		
<i>Campanula folijs subrotundis</i> , 35. 2. I. <i>hec à Campanula hortulensi rapunculi radice quomodo differat</i> 36. 1. I.		
<i>Campanula Drabæ minoris foliis</i> 36. 1. II.		
<i>Campanula folijs Echij floribus villosis</i> , 36. 37. 1. III. <i>minor eius species</i> <i>ibid.</i>		
<i>Campanula alia folijs Echij</i> , <i>quam Clusiæ nomine trach-</i> <i>ly Opuntia</i> <i>descripsit</i> <i>ibid.</i>		
<i>Cannabina aquatica similis capitulis nutantibus</i> 138. 2. <i>vbi inueniatur</i> <i>ibid.</i>		
<i>Caput gallinaceum minus</i> , 149. 1. <i>quibus locis</i> <i>reperiatur</i> <i>ibid.</i>		
<i>Carduus mollis latifolius</i> , 155. 2. I. <i>vbi reperiatur ibi-</i> <i>dem.</i>		
		<i>Carduus</i>

I N D E X.

<i>Carduus Sphaerocephalus acutus vulgaris</i> , ib. III. quibus locis gauget	ib.	<i>Chamadrys Hispanica</i> foliis tenuissime divisis	117.2. III.
<i>Carduus lanceatus angustifolius</i> , ibid. IV. vbi reperiatur 156.1.		<i>Chamadrys alpina minima</i> his suta, ibid. V. vbi reperiatur ibid.	
<i>Carduus palustris</i> , 156.1. V. quo loco proueniat	ib.	<i>Chamadrys spuria minor angustifolia</i> 117.2. V. vbi occur- rat	ibid.
<i>Carduus polyccephalus angustifolius</i> , 156.1. VI. vbi frequens occurredat	ibid.	<i>Chamæmelum leucanthemum</i> Hispanicum magno flore 70.2. I.	
<i>Carduus repens vinearum</i> , ibid. 2. VII. vbi nascatur	ibid.	<i>Chamæmelum luteum</i> Hispanicum odoratum	ib. II.
<i>Carni alpinum</i>	84.1. & 2.	<i>Chamæmelum leucanthemum incastum</i> Hispanicum mi- nus	ib. III.
<i>Caryophyllata alpina minor</i> , 139.1. vbi colligatur	ibid.	<i>Chelidonia rotundifolia major</i> , 137.1. quib. loci proueniat ibid.	
<i>Caryophyllus arborescens Creticus</i> , ex radice crassa, 104. 1. I.		<i>Chelidonium maius</i> folijs querinis fiore laciniato	74.2
<i>Caryophyllus sylvestris repens multiflorus</i> , ibid. II. vbi proue- niat	ib.	<i>Chondrilla viminea viscosa monspeliaca</i>	68.1. I.
<i>Caryophyllus sylvestris biflorus</i> , ibid. III. vbinam reperiatur ibid.		<i>Chondrilla viscosa humilis</i>	68.1. & 2. II.
<i>Caryophyllus pumilus latifolius</i>	104.1. IV.	<i>Chondrilla purpurascens foetida</i>	ib. III.
<i>Caryophyllus holostius alpinus latifolius</i> ib. V. vbi reperiatur 104.2		<i>Chrysanthemon latifolium</i> Brasilianum	70.1
<i>Caryophyllus holostius alpinus angustifolius purpurascens</i> , 104.2 VI.		<i>Cicer montanum</i> θεαύλοι, 147.2. I. quo anni tempore, & quo loco proueniat	148.1. I.
<i>Caryophyllus holostius alpineus gramineus</i> , ib. VII. vbi pro- ueniat	ibid.	<i>Cicer montanum lanuginosum</i> erectum	148.1. II.
<i>Caryophyllus holostius montanus angustifolius albus</i> , ibid. VIII.		<i>Cicer astragaloides</i> erectum	ibid.
<i>Caryophyllus holostius tomentosus latifolius</i> , 104.2. IX. a- lias Ocyroidestomentosus, ibid. vbinam proueniat ibid.		<i>Cirsium angustifolium</i> , 155.2. II. vbinam colligatur	ib.
<i>Caryophyllus holostius tomentosus angustifolius</i> , 104.2. X. & 105.1.		<i>Clematis maritima</i> repens, 135. vbinam reperiatur	ib.
<i>Caryophyllus arvensis glaber minimus</i> 105.1. quomodo va- riet 105.2. vbi prouenire consuevit	ibid.	<i>Clematis alpina</i> Geranifolia, ib. II. vbi nascatur	136.1
<i>Caryophyllus saxatilis ericafolius</i> , vmbellatis corymbis, 105. 2. XI. vbinascatur	i. id.	<i>Crista Galli</i> vmbellata	85.2. I.
